



I

Praxeos  
CHYMIATRICÆ  
SECTIONIS  
PRIMAE  
*De*  
**CAPITIS**  
AFFECTIBUS

CAP. I.

*De*  
**Dolore Capitis.**

**C**apitis affectus, qui  
vel ut Symptomata vel  
ut morbi consideran-  
tur, triplicem affectum  
respiciunt sedem, &  
alii membranas, alii  
cerebri substantiam, alii meatus obse-  
A sione

## 2 Prax. Chymiatr. Sect. I.

sione infestant. Membranæ capitis, meninges & pericranium variæque eorum propagines, ut sunt exquisiti sensus dolorem, (qui si recens, levis facileq; solubilis *Cephalalgia*, si diuturnus & contumax *Cephalæa*, dimidiam tantum capitis partem occupans *Hemicrania* dicitur) aut ab externis aut ab internis patiuntur causis. Externæ causæ sunt accidentales, tempestas calida & frigida, crapula, Venus, vehementia exercitia, odor gravis, ictus, aliorumque vaporosorum usus, qui ex his causis oritur dolor, languidus est & infirmus sine impressione fixâ & stabili. Nunc dolor capit is ab internis causis proveniens cum impressione fixâ est & 1. Ex sanguine 2. ex resolutione 3. ex oppilacione procedit.

& interna,  
qua  
est tri-  
plex.

I. San-  
guis.

I. Ex Sanguine. Paracelsus lib. 10. Paragraphorum de capit is adversitatibus internis Paragraph. I. Sanguis producit capitis dolores ex digestione accidental i, hoc est: si spiritus motu plus debito velociori agitati & quasi ignescentes sanguinis massam, cui inhærent, efferventem reddunt & tumefaciunt, quæ nisu suo expansivo dolorificas vasorum distensiones ejus: vel rerum fer-tilis.

Quotu-  
plex do-  
lor capi-  
bis.  
causa e-  
jus du-  
plex Ex-  
terna

*Cap. I de Dolore capitinis.* 3

zilitate i.e. plethora: quando enim Sanguis copia peccat membranæ uberiori sanguinis affluxu subitoque & vehementi ejus incursu supra modum distenduntur, uode solutio continui, quæ doloris immediata causa: vel errore trium primarum i. e. si Sal, sulphur, Mercurius a naturali statu declinant aut a se invicem separantur, omnia enim ista debent consistere in suo esse absque destructione, si non, tunc morbus generatus est, quod exponit in fragm. ad I. paramir. pag. m. 134. tract. 2. ideo si sal à sulphure separatur, tunc sulphur putrefit & morbos producit pro dispositione suâ & subjecti: in praecordiis pleuresin, in capite Hemicraniam & Cephalaem &c. quippe sal corporibus coagulationem dans sulphur quoque & Mercurium à putredine præservare & contra sulphur salis coagulationem, cuius proprietate ligati spiritus mechanici, actionum principes, ne officiorum injusto committerentur dispendio, benignâ & pingui substantiâ temperare debebat. In hoc dolore ex sanguine, vena brachii incidatur & est vera cura. Notandum ve-

*Curatio.*

#### 4 Prax. Chymiatr. Sect. I.

rò volo, ut conditio ægri observetur, an phlebotomiam ferre possit, ventriculus quoque cruditate non laboret, nec intestina sint repleta fæcibus, in omni enim dolore capitis ratio est habenda alvi, si fuerit obstructa, frustraneus erit labor & absque subdugione alvi non ritè curabis, exhibito igitur oleo amygdalarum dulcium à 3j. ad 5j. aut 6j. Therebinthinæ, ut viæ fiant lubricæ, Clysteribus aut suppositoriis erit sollicitanda, non purgantibus, quibus, malum exasperatur, purgantia enim exsiccant & licet fæces aliquomodo ejiciantur purgatione, de novo tamen obstructio causabitur.

#### Nota.

Reme-  
dia inter-  
na, hu-  
mida  
Narco-  
tica.

Ad intra sive essentialiter ad sedationem doloris exhibatur humidum narcoticum, valent tintura Croci gutta aliquot in liquore convenienti, tintura rosar. & violar. Beguin. pag. mihi 181. liquor coralorum, Oleum Camphoræ ad gt. vj. vel viij. administratum in aq. hypnoticâ rabiosis doloribus medetur, hujus olei talis est compendiosa præparatio Rx. Camphoram, superfunde aq. phora. fort. q. s. quæ camphoram in oleum sibi innatans solvet, benè s. a. separa & usui serva, hoc tamen provero non

# Cap.I.de Dolore Capitis. 5

non vendito, quod alias fit sequenti modo.

Rx. Camphoræ q. v. boli rubri aut argilla exsiccatæ partes sex, con-tunde & exactè misce, destilla per retortam vitream loricatam in are-nâ, & partim aqua acida, partim cam-phora sublimata, quæ admoto carbone liquecat, prodibit, urge ignem per gradus, quo usque tota camphora exi-verit, remanente terrâ nigrâ, destil-latum misce cum pari quantitate boli ut supra & operationem priorem repe-te ter vel quater, cum si benè operatus fu-eris verū oleum camphora descendet. Vel cum Hartmanno prax. chymiatr. pag. m. 78. destilla mixturam cam-phoræ & boli prescriptam in recepta-culum aliquid aquæ pluvialis conti-nens destillatae, post recipe destilla-tum cum aquâ, adde spir. vini part. iiij. & destilla per alembicum igne lento, ita spir. vini tenuissimum oleum cam-phoræ transferet, quod separatim ser-vandum, separato spiritu vini per separatorium aut M.B. Ad extra lau-  
datur *Remedia*

## 6 Prax Chymiatr. Sect. I.

*Externa  
topica.* datur oxyrrhodynum, unguentum alabastrinum, rosaceum, album camphoratum, Nenupharinum & alia topica ex succo Narcoticoru*m*, semper viv. mandragor. solan. &c. facta. Localia verò hæc in posteriori capit<sup>i</sup>s parte ob principium spinalis medullæ pariterque nervorum, qui à frigido multum lœdonatur, ponenda non sunt, nec actu frigida esse debent. Utiliter quoque hæc spir. vna. a colisato imbuto capiti applicantur, quos pori laxati fervidis spiritibus exitum præbent. Theophrastus in Hbr. principiorum seu de mysteriis vermium cap. II. p. m. 1093. iubet caneros fluviales contundere, succum expressum & in unguentum redactum temporibus applicare. *Verbena* herba potenter in dolores capitis à quacunque causâ exortos vi specificā agit, & hæc non frustra laudari frequens docet experientia. Sanguinis vitia præsentissime corrigit sequens.

R. Cinnabar. Antimonii 3ij.  
Unicorn. min. 3j.  
Corall. rubr. præp.  
Margarit. præp. ana. 3j.  
Croc. orient. 3ß.

Dos.

# Cap. I. de Dolore Capitis. 7

Dos. à 3j. ad 3ij. & sanguinis validum  
est mundificativum per diaphoresin.

II. Ex resolutione fit dolor capitis,  
quando in ventriculo Tartarus resolvi-  
tur, ejusque orificium non bene clau-  
ditur, tum vapores seu spiritus Salistar-  
tarei ad cerebrum ascendentes mem-  
branas feriunt. Paracels. lib. 10. para-  
graph. 2. Sic vapores ascendere & quen-  
dam quasi fortificationis sensum ad ca-  
put prorepere, ibidemque dolorem cau-  
fare vulgo dicunt, cum potius materia  
hæc resoluta nervorum extremitibus  
se insinuet, eisque vellicando spasmus  
faciat, qui per eos continuatus mem-  
branisque capitis, quæ tunicas nervo-  
rum propagine constituunt, communi-  
catus, dolorem imprimit, quem admodum  
extremitate funis tracta, cohærens  
alteri extremitati campana sonum edit,  
cui materiæ reducendæ vel coagulan-  
dæ aptissima sunt oleum salis aut spiri-  
tus Vitrioli, Elixir Vitriol. Myns. ejus-  
demque sulphur. (quo Helmontius se o-  
mnē dolorem capitisaufferre posse scri-  
bit) præsertim narcoticum quod ita fit Rx. Sulphur.  
Limatura Martis pare. j. Vitrioli vic. i. vol. 2  
part. ij. affunde acetum destillatum co-  
que lento igne, coagula & urge in arenâ

2.  
Resolutio

Curatio.

8 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ad incandescentiam, refrigeratis iterum affunde acetum & extrahatur tintura, postea instillato guttatum oleo Tartari præcipitabitur Sulphur vitrioli anodynum, quod bene ablendum propter salem vitrioli vomitum cipientem. Materia peccans, quæ est Tartarus, inventriculo optimè per vomitum educitur Croco metallorum correcto. Sulphure aurat. Antimonii vel Sale Vitrioli vomitiv. qui à Paracels. lib. 1. de rebus naturalibus cap. 8. ubi de virtutibus vitrioli crudi & Colcothoris agit, Grylla vocatur, aitque id nominis Vitriolum accepisse secretè in lib. 2. de viribus membrorum internorum cap. 3. & 4. p. m. 319. & 320. liquorem vitrioli ad cerebri magnos illos affectus vertiginem, phrenesin, maniam, caducum, vocat arcanum, quod ex Gilla extractum est. vid. Croll. p. 118. cognoscitur verò hæc doloris species, ut si cum dolore anxietas, nausea, prostratio appetitus aderit & per inedi- am magis augetur.

Oppila-  
tio.  
4.

III. Ex Oppilatione. Oppilatio seu obstructio principalium viscerum cau- sat cephalalgiam eatque ut plurimum

He.

# Cap.I.de Dolore Capitis. 9

Hemicraniam, quæ cognoscitur ex loco affecto. Si enim *Hepar* obstructum fuerit, gravitas in dextro hypochondrio percipitur, urina citrina vel rubea min-  
gitur & dejectiones in substantia & co-  
lore malæ apparent. Si *Lien*, gravitas in  
sinistro hypochondrio erit ; Si ex Ma-  
trice menstruis ablatis, diminutis, vel  
indebito tempore fluentibus, aut alia  
materia corrupta stagnante caput ad  
extremitatem ossis sincipitis dolebit &  
circa regionem matricis dolor sentie-  
tur.

In omni dolore capitis ratio quo-  
que est habenda *renum* hique prius cu-  
rentur, quia, inquit Paracelsus lib.2.  
tract.3.de tartaro c.4.p.m.440. cum in  
renibus non sit digestio, & virtus at-  
tractiva non habet quod attrahat,  
dum renes missen ad hepar fommen/  
quia oppilatum, & tamen missens  
trincken haben / feuchte haben / ideo  
perspinæ dorsi attrahunt à capite nu-  
trimentum & primò dolores in occipi-  
tio, postea hemicrania : Interdum to-  
tum caput occupant. Quia cum virtus  
attractiva renum trahit nutrimen-  
tum capitis, quo caput nutriti debet

*Hepatis*  
*ejusque*  
*indicia.*

*Lienis.*  
*Matricis.*

A s              rec

10 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ret & fluxus attrahit & sic materia in renibus augetur per fluxus, & febris augetur. Ideo in hemicraniam & omni dolore capitis sola cura est, uenes prius currentur. Verum non video renes per quas vias aut quam virtute attractiva per spinam capiti nutritum subtrahant, sed serum redundans, & vel simpliciter, vel cum aliis coniunctum, causam esse puto, nisi quis ex ingeniosissimi Glissonii sententia dicere velit, succum nutritum ex spinâ dorsum renes sitientes per nervos sexti paris defterri.

Hic ego presuppono cum aliis, praedictas partes infinitis poris esse praeditas, per quos pro ipsis dispositione variæ particulæ sanguinis, non aliter ac diversi generis grana per diversimode perforata cribra secernantur: Hinc hepar particulæ salino-amaræ bilis, lienem acido-salinæ, quos, si placet, melancholiæ vocare poteris, ingrediuntur, quia singulæ pro figurâ suâ transitum offendunt; ast quando pori illi sunt obstructi, regurgitant particulæ illæ saline & in caput evertæ, aliæ punctim, aliæ scissim membranas feriunt ac arrodunt, & sic de cæteris: Inde Paracels? ubi fal

## Cap.I.de Dolore Capitis. II

sal non sit, dolorem non fieri, audacter  
pronuntiat.

In cura de oppilantibus erit agen. *Curatio.*  
dum ; valet *Mixtura de tribus*,  
quæ ex Spiritu Vitrioli correct. part. j.  
Tartari corr. p. ijj. Theriacal. campho-  
rat. p.v. constat, *Spiritus Penoti aper-*  
*iens*, cuius præparationem vide in phar-  
macopœâ Schröd. lib. 3. cap. 26.  
*crocus & aperitivus ejusque magisteri-*  
*um*. Myns. Ad hemicraniam Beguin. in  
Tyr. Ghymico sequens commendat o-  
leum, Rx. *Ruthæ MJ. coq. in lib. I. 1. 0. 0.* Ol. ad  
livarum rec. in olla novâ per horam *Hemi-*  
*cran. Be-*  
*torz.* eique adde Therebinth. clara *gnin:*  
veneta 3xij. Colophon. 3iiij. destilla  
in arenâ. Aq. clara, quæ primum ex-  
ist & nullius momenti est, separetur:  
postea igne per gradus auctio, Oleum  
destillatione prolectetur, scorsim af-  
servandum, præsente paroxysmo de  
eo parum ad ignem calfiat & gossy-  
pio in eo humectato, frons & tem-  
pora, ut & ipsa pars dolens, cum cu-  
bitum eundum est, inungatur. Ex  
vermibus quoque in intestinis, dolor  
capitis oritur, quem sæpè epilepsia se-  
qui-

*Dolor ca-*  
*pitis à*  
*vermibus*

12 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Chrat. quitur & suis signis deteguntur, ubi  
scolecobroticis agendum erit, quod vide  
suo loco.

à Taria-  
ro.

Quod si vero nulla causa exter-  
na nec obstructio viscerum, nec re-  
solutio in ventriculo, nec ebullitus san-  
guinis ad fuerit, *Tartarum* capitis in sy-  
noviâ delitescentem suspicere, unde do-  
lor fixus & acutus, qui levi occasione  
motus per multos annos ægum, ut fe-  
rè omnem patientiam excutiat, crutia-  
tu infestat. Fit verò hic Tartarus, ut  
cum nutrimentum pervenit ad ventri-  
culum cerebri & archeus cerebri sepa-  
rat purum ab impuro, purumque pro-  
nutrimento cerebro exhibet, impurum  
verò seu excrementitium, in quo Tar-  
tarus, quod per emunctoria, expelli de-  
bebat, extra cerebrum figitur in capi-  
te, & membranas duriori ambitu la-  
cessit; De Tartaro intra cranium lapi-  
descente & acutissimè angulato vid. I-  
saac. Cattieri observ. medicinales ad  
Petrum Borellum observ. xv. p. 49. In  
his præmissa purgatione ex arcano Co-  
rallin. vid. Croll. in basilicâ Chym. pag.  
128. vel Aquila alb. præcip. in extract.  
pilular. Cochiar. præ cæteris oleum  
ossium humanorum cum oleo philosopha-  
rum

Curatio.

*Cap. II. de Phrenitide. 13*

*rum mixtum, quo pars dolens inun-*  
*genda, tibi commendatum habeas.*

*C A P. II.*

*De*

*Phrenitide..*

**E**X Inordinatâ dispositione cerebri & affectione spirituum, quâ animæ occasio denegatur Idæas sive impressiones cognoscendi, fit mentis alienatio, quæ dicitur *Desipientia*, unde perversum adest rationis regimen, imaginantur enim laborantes sibi illa, quæ vel non sunt, aut longè aliter se habent; dolores quoque præsentes non sentiunt, quia mens laborat. Est verò desipientia *alia cum febre, alia sine febre*; quæ cum febre existit *Phrenitis* dicitur ἀπὸ τῆς Φρενίτης i. e. à mente, quam læsam videmus, vocamus etiam *vsgv & diabolav* i. e. intellectum & intelligentiam. Gal. pro recht. I. text. 4. Germanis **dis**  
**Haupt-Schwachheit.** Distinguitur nunc *Phrenitis* in *exquisitam & non ex-*  
*quis;*

*Vnde de-*  
*sipientia.*

*Quid sit.*

*& quo in-*  
*plex sit.*  
*Phrenesis*  
*qua est*